

omnia quæ videt vel visurus fit, eaque (1.) αἰ εἰσὶ, vel in præsentī vel actu præterita (2.) αἰ μέλλει γίνεσθαι, ipsi scribenda injunguntur.

CAP. II.

Vers. 3.

Kέκμηκας) pro κενάμηκας, per Syncopen.

13. Καὶ) Et id quidem in illis ipsis diebus.

14. *Habeo contra te pauca*, (quæ afferam.) Non intelligitur hic extenuatio istius peccati, quod citra controversiam satis execrandum est, sed brevitās & paucitas verborum hic insinuatur, quibus Smyrnesem Ecclesiam instruere vult, quæ pauca tamen, modo illis attendunt, sufficere possunt ad extirpandam hanc pestem & sacrilegos homines.

14. *Qui docuit ἐν τῷ Βαλακ*) per Balack, i. e. jussu atque imperio Regis Balack.

17. *Novum nomen*) Inf. 3, 12. Conf. Esa. 56, 5. & 62, 2. Euseb. l. 1. c. 1. intelligit nomen Christiani. Alii nomen filiorum Dei, 1. Joh. 3, 2.

27.) Inf. 12, 5. & 19, 15.

CAP. III.

Vers. 3.

Quod accepisti) scil. à Paulo, Petro aliisque Apostolis, quorum te Successorem vocas.

4. *Nomina*) i. e. homines. Conf. c. 11, 13.

4. *Tum ambulabunt tecum albis vestibus*) i. e. in gaudio æterno, scil. si pœnitentiam egerint, ut dictum v. 3. nam digni sunt, non quidem ex se & legaliter, sed Evangelice & propter Christum in quem sua pœnitentia respiciunt.

8.) Inf. 4, 1.

9.) sup. 2, 9. Ps. 72, 9.

11. *Ne quis accipiat (tollat) ἡρῶ coronam tuam*, quod fieri potest à Satana vel mundo & mundanis cupiditatibus, quæ seducendo nos & à Christo abducendo præmium gratuitum vitæ æternæ sive coronam nobis facile tollere possunt, si quidem illis obsequamur.

12. In-